

ΑΛΕΞΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΟΥΣΙΟΥ ΑΝΑΡΕΪΣ¹

INCIPIT ANDREIS ID EST HISTORIA
DE RECEPTIONE CAPITIS SANCTI ANDREAE

1 Si quae sunt memoriae commendanda ex his quae nostra
tempestate geruntur, ea profecto convenit ad posteros litterarum
beneficio transmictere; quae in honorem et gloriam sanctorum
fiunt iam cum Christo regnantium. Quod non solum aequum
3 atque honestum esse videtur, verum etiam divina iussione
preceptum, dicente scriptura: Laudate dominum in sanctis
eius. Laudatur sane atque magnificatur coeli terraeque domi-
nus et conditor, cum honores impensi suis martyribus refe-
runtur: nec minorem mercedem apostoli quam Christi lau-
10 dator expectat ipso promittente cum ait: Qui vos recipit me
recipit et qui recipit prophetam in nomine prophetae merce-
dem prophetae accipiet. Hae ego spe ductus scribere constitui,
quomodo his diebus nostris et quanta cum reverentia et so-
lemnitate sacratissimum beati Andreae Apostoli caput ex ci-
15 vitate Patracensi in Urbem Romam translatum fuerit sub

1 καὶ 3. quae R: que V 3. beneficio R: benefici V 7. oīkē RV
10. recipit R: recepit V 11. prophetae R: prophete V

¹ Περιλαμβάνεται ἐν τῷ λατίνικῷ κώδικι τοῦ Βατικανοῦ 5667, φ. 19*-40* (V) καὶ
τῷ Regius. 1995 τῆς αὐτῆς βιβλιοθήκης, φ. 349*-365* (R). Περὶ τοῦ δευτέρου τούτου
κώδικος σημειούσα: ἐν τῷ 8' Τόμῳ τῆς Ἱαλ. μεταρράσσως τῆς Ἰστορίας τῶν παπῶν
οὐκ Pastor. ήτις δὲν εὑρίσκεται ἐν Ἀθίναις, ὅτι εἶναι τὸ πρωτόγραφον τῶν ἀπομνη-
μονούματων τοῦ πάπα Πίου, καθ' ἓ μοι ἀνικόνων ὁ ἐν Ρώμῃ διδίκτωρ κ. Ιωσήφ
Herzen. 'Ἄλλ' ἡ αὐτός κ. Herzen προσθέτει, ὅτι τὸ καίμανον τοῦ κώδ. Reg. 1995
εἰνι διηλλαγμένον πάσῃς διαρθίσασι, ἐκ τῶν ευνήθων εἰς τὰ πρωτόγραφα, καὶ κατὰ
ταῦτα φαίνεται μᾶλλον ἀντίγραφον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου τῆς Ἀνδρεῖος Ἀλεξίου τοῦ
ἰεπακόπειου Κλουσίου συμφένως πρός τὰ λεχθέντα ἀνωτέρω ἐν σ. 44 κ. ἡ. Στερείτας δὲ
καὶ ὁ καθδῆ Regius 1995, καθ' ἓ καὶ τάκομημονούματα τοῦ πάπα, τοῦ προσμήτου
τῆς Ἀνδρεῖος τοῦ ἀρχομένου ἀπὸ τῶν λέξεων Si qua sunt memoriae com-
mendanda καὶ τελευτῶντος εἰς τὰς λέξεις accomodetis oro.

'Η εἰς παραγγέραντος διάβρωσις ἰστιν οὐκ ἴμος. 'Ἐν δὲ τῇ διὰ χρεοκοπίων γένεται
τῶν κυρίων ὄνομάτων καὶ τῇ στήξει δὲν ἔλαβον οὐκ' δὴν τὰς γραφὰς τοῦ κώδικος.

Pio secundo pontifice maximo, quando et hoc ad gloriam Salvatoris pertinet, cuius ille famulus fuit et verax nuntius. Neque enim extollit servus absque domini laude potest. At ne longior sim, iam narrare incipiam. Vos qui legitis aut legentes auditis non mihi sed Apostolo benignas aures accomodatis oro.

2. Andreas Apostolus Jesu Christi beati Petri germanus post passionem domini, cui interfuit, et resurrectionem atque ascensionem eius in coelum, quam vidit, accepto cum reliquis discipulis Spiritu sancto, ex Asia migravit in Graeciam 10 et in Achaiam se contulit, Peloponnesi provinciam, quae sibi in sortem predicationis obvenit, Moream nostra aetas vocat, et quoniam promissionem acceperat a domino, quando relictus navi et retibus posthabitibus ad eum transiverat, quod fieret piscator hominum, haud quaquam fraudatus est Predicator 15 enim effectus et doctor veritatis eximius infinitos homines linguae suae hamo est piscatus, quos Christo lucri fecit: atque ab eo instructa provincia religionis nostrae sacra suscepit: cognovitque Christum dei filium cum patre et Spiritu sancto unum esse deum, ac sanctae Trinitatis fidem venerata est. Ipse 20 autem sanctus Apostolus iam senio confectus sub Egea proconsule in civitate Patracensi e cruce suspensus interiit, eoque martyrio coronatus, quo frater suus Petrus et quo magister Jesus Christus. Propterea cum accessisset ad crucem, eamque suavissimis verbis salutasset, Accipe, inquit, discipulum eius 25 qui pependit in te Jesus Christus. Claruit autem multis miraculis, et in vita et post obitum, quae in eius historia referuntur.

3 Corpus eius Maximilla religiosa mulier conditum aromatibus sepelivit. Longoquo deinde post tempore in Italiam 30 translatum et in Amalphitana urbe reconditum fuit, quae ob reverentiam eius metropolis effecta, sepulchrum habet gloriosum et operis magnificentia et concursu populi. Caput vero

11. *Peloponnesi* RV 20. *Sancte* RV 21. *Egea* R; *egea* V
31. *in Amalphitana urbe* R: *in civitate Amalphitana* V

apud Patracenses summa reverentia et grandi custodia servatum est usque ad annum Salutis sexagesimum supra mille quadringentos. Tunc autem translatio eius hoc modo facta est.

4. Irrumpentibus in Peloponnesum Turchis duo despoti id
 5 regni obtinehant, Demetrius ac Thomas, fratres Constantini
 Graecorum Imperatoris, qui apud Constantinopolim paulo
 ante in eius excidio fuerat interfactus: horum maior Deme-
 trius postquam parum opis afferri a Christianis animadvertisit,
 acceptis alibi possessionibus ex quibus ageret vitam, ad Tur-
 10 chos defecit. Thomas vero natu minor et qui haeres imperij
 videbatur, nullo pacto induci potuit, ut his serviret, qui ger-
 manum suum occiderant, atque imperium Graecis ademerant.
 et Christiana sacra polluerant. Cunque imparem sese Turcho-
 rum viribus, neque spem ullam auxilij cerneret, migrare ex
 15 Peloponneso statuit, cuius iam partem magnam tradente De-
 metrio Turchi occupaverant. Prius tamen quam inde abiret.
 Patras perrexit, quae civitas in eius manu erat. Et accepto
 inde sancti Andeae Apostoli pretiosissimo capite ex sacrario,
 cuius ipse custodiam gerebat, cum coniuge et liberis, multis
 20 Graeciae nobilibus comitantibus, ad Artae despotum se con-
 tulit in insulam quam vocant Sanctae Maurae Epyro vicinam.
 Neque enim tantum thesaurum hostibus relinquendum exi-
 stimavit, quamvis illi ut rem sordidam conculcassent: cu-
 ravit ne sanctum domini canibus relinqueretur, et iter suum
 25 prosperius comitante Apostolo iudicavit. Profectus est igitur
 incolumis ad cognatum despotum et cum eo aliquandiu com-
 moratus non minori diligentia sacrum verticem quam coniu-
 gem ac liberos custodivit.

4. *Turcis* V: *Thurchis* R *despoti* R: *dispoti* V 5. *Thomas* ac
^a *Demetrius* R: *Thomas ac Demetrius* V 6. *apud* R: *κατα* X.
 7. *maior* ix *et* *minor* R: *minor* V. 9-10. *Turcos* V: *Thurcos* R
 10. *minor* ix *et* *maior* 13-14. *Turchorum* R: *Turcorum* V
 16. *Turchi* V: *Thurchi* R 18. *preciosissimo* V: *preciossissimo* R
 20. *Arte* RV 21. *Sancte* RV 22. *relinquendum* X: *reliquendum* R
 26. *Despotum* R: *dispotum* V

5. Interea multi principes Christiani, et qui sunt in Italia et qui trans Alpes habitant, apostolici capitis auditam transvectionem legatos ad Thomanum misere, multum auri promittentes si sacras reliquias impetrarent. Id ubi cognovit Pius secundus pontifex maximus, exilium tam sacri capitis admodum aegre 5 tulit. At postquam sua sede expulsum non facile restitui poterat, nusquam dignius sibi refugium censuit, quam Romae apud ossa germani sui beati Petri, Apostolorum principis, et apud sedem apostolicam, arem fidei, ad quam confugere omnibus totum est, qui suis ecclesijs ejiciuntur. Misit 10 igitur et ipse suos nuntios ad Thomanum, qui pie factum ab eo dicebant quod ex urbe ruitura et in manus infidelium hostium ventura pretiosissimum Apostoli caput abduxisset, nec si visset perire, factorum vero impie atque crudeliter si alteri quam Romano pontifici traderet, cuius est de sanctorum honoribus 15 iudicare, aut si alibi esse vellet quam Romae cum fratre suo et cognatis ossibus, adduceret id Romam: futurum aliquando volente deo quod in suum solium ope germani restitueretur. Caveret ne rem sacram iniussu Papae cuiquam crederet, nisi Apostolorum indignationem vellet incurrere, nec inopiam eau- 20 saretur: venturo enim ad Urbem, ibique mansuro, hi sumptus fierent qui principi convenienter. Vetus his despotus navigatorum se Anchonam promisit sacrumque pignus adducturum. Nec mentitus est.

6. Siquidem ad annum quadringentesimum sexagesimum 25 primum supra millesimum post Christi Salvatoris ortum Anchonae appulit incolumis, ut credibile est Apostoli auxilio ex validis et horrendis eruptus procellis, quae illo anno Adriaticum pelagus plus solito vexaverunt, et innumerabiles naves absorbuerunt. At Pius adventu cognito Alexandrum Sanetae 30

2. apostolici V: apostilici R 4. secundus V: secundus ^{�τα δια-}
τραπή R 7. dignius R: dignus V 11. dicerent R: dicere V

13. pretiosissimum V: preciosissimum R: si visset RV = sini visset

16. Romae R: Rome V 18. deo V: deo in toto domino R 19. Pa-
pae R: Pape V 22. Despotus R: dispotus V 26. Anchonae R: An-
chone V 28. quae R: que V 30. Sanctae R: Sancte V

Susannae presbyterum Cardinalem vitae sanctimonia et litterarum doctrina celebrem eo legatum de latere misit. Qui recognitis sancti Apostoli reliquijs eas ex manu despoti assumeret, atque cum apparatu et reverentia quae tam sacrae rei debet beretur Narciām usque dederet, et ibi collocaret in arce a praefecto servandas, donec vehi ad Urbem possent his honoribus atque ceremonijs quae convenirent. Quod tunc fieri non poterat saeviente bello, quod tyranni circa Romam intulerant Pontifici. Alexander profectus Anchonam, diligenter inspecto capite et signis recognitis, ubi verum Apostoli verticem esse iudicavit, veneratus est eum, et acceptum a despoto, auro ei pro comeatu ad euriam donato, cum egregio comitatu solemnique pompa et multis luminaribus deduxit in arcem Narciensem, et obsignatum commendavit praefecto, atque ibi aliquandiu decenter ardentibus perpetuo coram eo lampadibus servatum est.

7. Elapsis deinde pluribus mensibus cum res bellicae Pontifici prospere successissent, et Jacobus Piccininus infestus ecclesiae hostis ex agro Romano pulsus abiisset, Jacobusque Sabellus amissis pluribus oppidis fractus animo ad veniam Pontificis recurrisset, caeterique perculsi metu aut sese dedidissent, aut procul effugissent, et iam pax in agro Romano restituta esset. et secura per circuitum quiete populi potirentur, nec audiretur amplius fragor armorum, statuit Pontifex honoratum caput in Urbem advocare: Utque eo magnificenter exciperetur adveniens quo maior adesset populus, omnibus qui in eius introitu Urbem accederent aut receptioni interessent, remissionem omnium peccatorum plenariam est

1. *Susannae Praesbyterum* R: *Susanne presbiterum* V *vitae* R: *vite* V 2. *eo* V: *εό* R 3. *Despoti* R: *Dispoti* V 4. (*καὶ κατοικών τιχέων πάντοτε*), *quae* R: *que* V *sacrae* R: *sacre* V 6. *Praefecto* R: *prefecto* V 7. *ceremonijs* V: *cerymonijs* R 8. *saeviente* R: *seviente* V *Tyranni* V: *Tyramni* R 11. *Despoto* R: *Dispoto* V
12. *egregio* V: *aegregio* R *solemnique* R: *sollemnique* V
17. *bellicae* R: *bellice* V 18. *Piccininus* V: *Picininus* R 19. *ecclesiae* R: *ecclesie* V *infestus* V: *infaestus* R 21. *caeterique* R V

pollicitus, ac decretum in eam rem factum ad praecipuas Italiae urbes transmisit, praescripta die adventus.

8. Quae cum prope instaret, tres Cardinales elegit: Bessarionem, episcopum Tusculanum natione Graecum utriusque linguae peritissimum virumque magni nominis, et Alexandrum cuius ante meminimus, ac Franciscum administratorem ecclesiae Senensis, suum secundum carnem ex sorore Laudonia nepotem. Atque hos jussit Narniam petere, depositumque inde sanctum pignus afferre.

9. Interea Romae omnia parabantur, quae ad solemnem ac magnificam receptionem sancti Apostoli digna videbantur, verebaturque Pontifex ne in honore tanti Apostoli diminute agere videretur, nec quicquam satis arbitrabatur. Fuitque illi animus Apostolorum Petri et Pauli glorioissima capita, quae in aede beati Ioannis apud Lateranum condita sunt, obviam ducere, atque cum illis extra Urbem advenienti sacro Andreae vertici occurrere. Quod ne fieret argenti moles impedivit, quo ipsa capita sunt inclusa. Nam supra quatuor millia pondo feruntur, estque praeterea multum ferri, quod neque frangi sine gravi incommodo, neque portare poterat. Omissa est igitur ea capitum delatio, mandatumque ut quibus diebus ante meridiem beati Andreae caput per Urbem evehetur, post meridiem Apostolorum capita in Laterano publice omnibus ostenderentur. Quod non sine maxima populorum frequentia factum est.

10. Cardinales Narniam missi, cum eo venissent, recognitis signis, sanctissima venerati sunt ossa, eaque cum tremore et summa reverentia suscipientes ad pontem Milvium detulerunt ipse die Palmarum, quae fuit XII^a Aprilis anno Salutis secundo et sexagesimo supra millesimum et quadringentesi-

1. 2. *praecipuas Italiae* R: *precipuas Italie* V 2. *praescripta* R:
prescripta V 3. *Cardinales* R: *Kardinales* V 4. *Bessarionem* R:
Byssarionem V 6. *Franciscum* R: *Francischum* V 9. *afferre* V:
auferre R 10. *Romae* R: *Rome* V 15. *aede* R: *hede* V 16. (nav-
17. 18.) *Andreae* R: *Andreas* V 18. *millia* R: *milia* V 19. *pre-
terea* R: *pretere* V

mum, occurrentibus per omnem viam innumerabilibus populis laudantibus deum et sese Apostolo Andreae commendantibus: secundoque ab Urbe miliario, in ipsa pontis turri venerandas reliquias per noctem servandas collocarunt, duobus archiepiscopis, Perocto Sipontino et Alexio Beneventano qui excubias agerent ibi relictis.

11. Pontifex autem ea die celebrata in apostolico palatio apud Sanctum Petrum pro veteri consuetudine Palmarum solemnitate, post meridiem cum sacro Senatu Cardinalium et 10 omni clero statuit ecclesiam Sanctae Mariae in Populo petere, ibique noctem agere, ut sequenti die sacro capiti inde occurseret. Haeret enim ea ecclesia Portae Flamineae, quae dicit ad pontem Milvium, Tyberi iniectum. Sed angebatur metu pluviae quae impendere videbatur. Nubes coelum obduxerant, 15 fulgura et corruscationes ubique visebantur, exaudiebanturque passim tonitrua: nec spes erat serenitatis, et quamvis multi dies nebulosi humectique praecessissent, tunc tamen prae- cipue minari videbatur ether et horrida tempestas instare, ventis omnibus Urbem versus nubes impellantibus. ita ut 20 crederet nemo absque maximo imbre iter fieri posse. Sed, mirabile dictu, servavit sibi suum tempus magnus Andreas, nec iter cleri sese honoratum euntis intervertere pluviam passus est. Nam etsi dies noctesque mensis eius madidae fuerunt, eo tamen tempore quo sacrum caput in via fuit et quo Ponti- 25 fex illi obviam perrexit, nunquam aquae gutta cecidit super terram qua parte eundum fuit. Et omnis illa imbrum con- gregatio quae transitum Pontificis occupatura videbatur usque in noctem se continuuit, ita ut sicco vestigio iter fieret. Nox vero humida fuit, spemque ademit posse in crastinum optata solem- 30 nia celebrari, et in aliud tempus transferenda existimabantur.

10. *Sanctæ RV Mariae R: Marie V 12. Haeret R: Heret V portæ Flamineæ R portæ flamineæ V 14. pluviae R: pluviae V coelum R: coelem V 17. praecessissent R: precessissent V 21. Servavit R: Servit V 22. euntis R: cunctis V 23. madi- dae R: madide V 25. aquæ E: aquæ V*

12. At mane exorto cessavit pluvia, et sol splendens super terram invitare ad eundum videbatur. Moxque tres Cardinalis, qui sacrum caput in ponte Milvio reposuerant, eo profecti id acceperunt et Urbem versus cum pompa eduxerunt.

13. Ponti Milvio vicina sunt prata latissima, quae Romam petenti via Flaminea ad sinistram iacent. Ea tum herbida erant et florida, atque adeo laeta ut ridere viderentur. In horum medio iusserat Pontifex suggestum erigi ex materia, ita amplum et solidum, ut omnem clerum qui aderat contineire posset, atque altum adeo ut quae ibi fierent ab omnibus qui essent in pratis perspicue cernerentur, sublimi ara in medio constituta. Praemissis igitur tribus Cardinalibus, ut memoratum est, paulo post Pontifex ipse cum reliquo Senatu cumque omni clero, cum legatis principum et procuribus Urbis atque ingenti populi multitudine Flamineam portam exiit, palmae ramum in manu gestans, et pariter Cardinales reliquique praelati palmas portaverunt, quibus praecedenti die ab ipso Pontifice donati fuerant ob memoriam Salvatoris Plena erat omnis via populo, nec vel agri vel vineae prae multitudine hominum videri poterant; adeo vulgus obtexerat omnia.

14. Ut primum in prata ventum est quae diximus, iussit Pontifex Cardinales ac praelatos ab equis descendere et sacerdotalibus acceptis ornamentiis sacrisque vestibus, quantum arcus iacere potest, iter pedibus agere, secumque suggestum descendere. Erant omnium sacerdotum paludamenta alba albaque mitrae et omnis ornatus albus, et in viridi prato candidior videbatur Tenebat ora cunctorum attonita mirabilis ordo, et dignitas et pomp. tot sacerdotum, qui bini palmas gerentes in manibus et deo preces porrigentes cum

7. *laeta* R: *leta* V 8. *iusseral* R: *iuxerat* V 12. *praemissis* R: *premissis* V 16. *palmae* R: *palme* V 18. *precedenti* R: *precedenti* V 20. *vineae* R: *vinee* V 21. *obtexaserat* R: *obtresserat* V
22. *iussit* R: *Juxit* V 23. *praelatos* It: *prelatos* V 25. *iacere* R: *iactare* V 27. *albae* R: *alba* V *mitre* V: *mytrae* R

Pontifice maximo, astante populi corona per prata lento
passu et gravibus incedebant vultibus.

15. Erant duo aditus in suggestum per gradus clementes.
Alter ponti Milvio erat oppositus, alter Urbi, et dum Ponti-
5 sex hunc ascendit prae gaudio et devotione illacrimans se-
quente collegio cleroque omni, Bessarion cum alijs duobus
Cardinalibus alterum scandit, arculam ferens, in qua sacrum
caput clausum continebatur, eamque depositus in altaris medio,
cantoribus sacra carmina intonantibus. Exinde facto silentio
10 praesentatis clavibus et obsignaculis recognitis, aperta arcula,
et Bessarion accipiens sacrum apostoli verticem flens flenti
Pontifici tradidit. Ipse autem Pontifex priusquam sacra ossa
contingeret, genibus flexis ante aram prostratus vultu demisso
et pallenti oculis madidis ac voce tremula in hunc modum
15 locutus est.

16. «Advenisti tandem o sacratissimum et odoratissimum
sancti Apostoli caput. Turchorum tua te sede furor expulit; ad
fratrem tuum Apostolorum principem confugisti exulans. Non
deerit germanus tuus tibi. Restitueris in tuo solio cum gloria
20 volente Domino, licetque aliquando dicere, O felix exilium,
quod tale repperit auxilium Interea temporis cum tuo ger-
mano aliquandiu moraberis et honore pari cum eo potieris.
Haec est alma Roma, quam prope cernis pretioso tui germani
sanguine dedicata. Hanc plebem quae circum astat beatus
25 Petrus Apostolus frater tuus pientissimus et cum eo vas elec-
tionis Sanctus Paulus Christo domino regeneravit Nepotes
tui ex fratre Romani sunt. Omnes te veluti patruum patrem-
que suum venerantur, colunt, observant, et tuo se uti patro-
cinio in conspectu magni dei non dubitant O beatissime Apo-

5. *illacrimans* V: *illachrymans* R 6. *Bessarion* R: *Byssarion* V
9. *Exin* RV 10. *praesentatis* R: *presentatis* V 11. *arcula* R:
archula V 12. *Bessarion* R: *Byssarion* V 13. *contingeret* R:
contigeret V 15. *loquitus* V: *locutus* R 16. *Advenisti* V: *AD-
VENisti* R 17. *odoratissimum* R: *adoratissimum* V 18. *Turcorum* V:
Thurchorum R 20. *felix* V: *foelix* R 23. *precioso* V: *precioso* R

stole Andrea praedicator veritatis et assertor Trinitatis eximiae quanto nos hodie gaudio reples dum verticem hunc tuum sacrum et venerandum coram aspicimus, qui dignus fuit, in quo visibiliter sub specie ignis in die Pentecostes sanctus resideret paraclitus. O vos qui Hierosolymam petitis ob Salvatoris reverentiam visuri locum ubi steterunt pedes eius, ecce sedes Spiritus sancti. ecce divinitatis solium. Hic hic consedit Spiritus domini; hic tertia in Trinitate persona visa est; hic oculi fuerunt, qui saepe Dominum in carne viderunt; hoc os saepe Christum est adloquutum; has genas non est dubium quin saepe Jesus fuerit osculatus. En magnum sacrarium; en caritas; en pietas; en animae dulcedo; en consolatio spiritus. Et quis est cuius viscera non commoveantur, cuius non ardeant intima cordis, cui non excidant piae laetitia lachrymae in conspectu tam venerabilium et pretiosarum Apostoli Christi reliquiarum? Gaudemus, exultamus jubilamus adventu tuo, divinissime Apostole Andrea; neque enim dubitamus. quin tui carnalis capitinis comes adsis et cum eo ingrediaris Urbem. Odimus Turchos Christianae religionis hostes; in hoc non odi mus quod tui adventus causa fuerunt. Nam quid optatius contingere potuit, quam tuum hoc honoratissimum intueri caput et eius frangrantissimo perfundi odore? Id molestum est quod adventanti tibi non eos honores impendimus quos mereris, nec te possumus pro tua excellenti sanctimonia digne suscipere. Sed accipe voluntatem nostram et mentem mentire non factum atque aequo animo patere quod pollutis manibus tua contrectamus ossa, et te peccatores intra moenia comitamus Urbis Ingredere sanctam civitatem, et esto propitius Romano

1. *praedicator* R: *predicator* V *eximiae* R: *eximie* V 5. *Hierosolymam* R: *Hierosolimam* V 7. *sedem* RV *divinitatis* R: *divinitas* V 9. *fuerunt* R: *feruntur* V (ταὶ ρρωτέψω) *saepe* R: *sepe* V

10. *adloquutum* R: *alloquutum* V 11. *osculatus* RV 12. *animae* R: *anime* V 13. *comoreatur* RV 14. *piae laetitia* R: *pre letitia* V *lachrymae* R: *lachrime* V 15. *pretiosarum* V: *preciosarum* R 16. *jubilamus* V: *iubilamus* R 18. *adsis* R: *assis* V
19. *Turchos* V: *Thurcos* R 27 *maenia* R: *menia* V

populo. Sit omnibus Christianis salutaris tuus adventus; sit pacificus ingressus tuus; sit felix faustaque tua nobiscum mora. Esto noster advocatus in coelo, et una cum beatis Apostolis Petro et Paulo conserva hanc Urbem, et universo populo Christiano pie consule, at vestris patrocinij fiat misericordia Dei super nos, et si qua est eius indignatio propter peccata nostra, quae multa sunt, transeat ad impios Turchos et ad nationes barbaras quae Christum dominum inhonorant.

Amen.

10. 17. Provocavit oratio praesulis omnium lacrimas, nec quisquam in suggesto affuit vel clericus vel laicus, qui non ploraret et non tunderet pectora sua beati Apostoli patrocinium implorans. Fuerunt qui verba Pontificis adeo menti suae impresserunt, ut domum reversi orationem ipsam quasi ad versum rescripserint, Pontificique tradiderint. Inter quos fuit Theodorus episcopus Feltensis ingenio et doctrina iuxta praeditus. Eam cum Pontifex oblatam legisset, admiratus est memoriam hominis et vim ingenii laudavit. Tenebatur loquente praesule mirum silentium, quamvis singultus nonnullorum 20 exaudibantur, qui peccata sua plangentes ploratum retinere nequibant. Ardebat luminaria circum, et omnis in pratis populus finem tacitus expectabat.

18. Postquam vero Pontifex dicendi finem fecit, exoscultatus est sacrum caput, et omnes pariter qui erant in suggesto 25 flentes osculati sunt. Et rursus Pontifex :

«Omnipotens, inquit, sempiterne Deus, qui caeleste simul et terrenum moderaris imperium quique nos hodie beati Andreae Apostoli tui pretiosi capitis accessione consolari digna-

2. *felix* V: *foelix* R 3. *coelo* R: *celo* V 7. *multa sunt* R: *sunt multa* V 10. *lacrimas* V: *lachrymas* R Αὐτὸς τοῦ νεκροῦ εἶ τοῦ Ιταλοῦ πάσαρος 13. *suae* R: *sue* V 13-14. *impresserunt* R: *impre-
sserunt* V 14. *quasi* R: *κατὰ* V 15. *tradiderint* R: *tradiderunt* V

16-17. *praeditus* R: *preditus* V 17. *est* R: *λίστα* V 19. *singultus* R: *singulis* V 23. *exoscultatus* V: *exosculetus* R 24. *pariter* R: *κα-
τεῖ* V 25. *osculati* V: *obsculati* R 27. *et terrenum* R: *aeternum* V
quique V: *quique qui* R 28. *pretiosi* V: *preciosi* R

ΙΩΑΝΝΗΣ ΚΑΛΑΘΟΥΣ 2006

tus es, tribue quaesumus ut eius meritis et intercessione perfidae Turchorum gentis attrita superbia et omnium infidelium sublata molestia, Christianus populus secura tibi serviat libertate per Christum dominum nostrum».

Et cum omnes respondissent Amen, accepit venerandas Apostoli reliquias in manus suas, et elevans in altum circumiens undique suggestum ostendit populo desideratum donum. Nec quisque fuit qui eius visione privaretur; moxque voces altissimae auditae sunt multitudinis Dei misericordiam implorantis, ita ut omnes circumvalles redderent sonum. 10

19. Post haec alta voce intonatum est canticum, cuius initium est Te Deum laudamus, te Dominum confitemur, quod fama est Ambrosium et Augustinum viros in ecclesia celebres condidisse: et eo finito cantores hymnum cecinerunt in hunc modum: 15

Primus hic Jesum sequitur vocantem,
Et crucem primus similem subivit
Martyr Argivis veneratus oris
Omne per aevum.

Hinc Pius Graios superante Turcho 20
Praeda ne fiat canibus cruentis
Tollit et sancta profugum secundus
Excipit Urbe.

Seque cum sacro comitem Senatu
Obvium praebet redolente Roma
Floribus festis, resonante clero
Cantica laudum. 25

1. *quaesumus* R: *quesumus* V 2. *Turchorum* V: *Thurcorum* R:
infidelium R: *infidilium* V 6. *circuiens* RV 7. *desideratum* V: *desyderatum* R 8-9. *altissimae auditae* R: *altissime audite* V
10. *circumvalles* V: *circunvalles* R 12. *te dominum confitemur* V:
laicosa R 13. *aevum* R: *evum* V 20. *superante* R: *populante* V
Turcho V: Thurco R 21. *Praeda* R: *Preda* V 26. *praebet* R:
prebet V

Sacra fert dextra nitidus Sacerdos
Splendidi carmen referunt Quirites.
Almae sis nostrae columen precamur
Et pater Urbis.

10 Fac diem faustum Deus alme nobis
Fulmen in Turchos acuens trisulcum.
Audit Andreas populum precantem
Talia reddens.

Te precor coeli sator atque terrae,
Tolle iam clades scelerumque poenas;
Et tui tandem populi misertus
Contere Turchos.

Hoc Pius pastor meritique tanti
Pronus exorat; misereri fessis;
Da manum mundo prope iam labanti
Maxime rector.

Hoc duces Urbes Petrus atque Paulus
Supplices poscunt, pariterque Roma;
His velut nitens genuinis columnis
Strata precatur.

3. Almae R: Alme V nostrae R: nostre V 5. sanctae R:
sancte V supremus R: supremus V 7 laeto R: leto V

10. *Turchos* V; *Thurcos* R; *trisulcum* R; *trisultum* V 11. *popu-*
lum V; *populum* ix τοῦ *famulum* R 13. *coeli* R; *celi* V 14. *terrae* R;
terre V 14. Μίτι τὰ *poenas* ἵν τῷ R ἴκανελέθησαν αἱ ἵν τῇ ἀνατολῇ στρατο-
 λέξ; Audit *Andreas famulum precantem* διὰ τὰ διεγέρησαν διὰ τα-
 μῆς ὑπέλευ. 18. *fessis* R; *fezis* V 23. *columnis* R; *columnas* V

Da Pio vitam rogitamus omnes;
 Solus in Turches animo perenni
 Ausus Alpinos superare montes
 Arma vocavit.

Et caput praebet proprium libenter,
 Nomen ut Christi veneretur orbis;
 Ut siam nostrae videat salutis
 Perfidus hostes: Amen.

5

Hunc hymnum iubente Pio ediderat Agapitus episcopus Anchonitanus civis Romanus, incertum iuris interpres an orator vel poeta praeclarior. Descendit exinde Pontifex de suggesto luminaribus undique circundatus et venerabile pignus in suis manibus tenens portavit in Urbem Cardinalibus, episcopis, caeteris praelatis suum servantibus ordinem et palmas prae se ferentibus. In via pree multitudine plebis et equorum non pauci comprimebantur, vixque aditus in tanta populi frequentia patebat. Ad Urbis portam cleri pars affuit cum sacris occurrens Apostolo venienti. Quo salutato rediit cum eo in Urbem. et Pontifex ecclesiam beatae Mariae ingressus caput Apostolo in altari depositus, apud imaginem gloriosae Virginis matris Domini, quam tradunt beatum Lucam evangelistam effinxisse. et benedicto populo episcopis ordinavit ex numero referendariorum, qui vigilias illic per noctem agerent; et ipse in thalamo apud eandem ecclesiam preparato pernoctavit.

21. Nec dum sol conditus est, et ecce mutato aere novus 25 Auster pluvias adduxit quae noctem totam usque ad auroram temuerunt, adeoque ingentes ceciderunt imbres, ut nulla spes

5. *praebet* R: *prebet* V 7. *nostrae* R: *nostre* V 9. *hymnum* R: *ymnum* V 11. *ediderat* R: *aediderat* V 13-14. *Agapitus* V: *Agapytus* R 11. *praeclarior* R: *preclarior* V 15. *εξιν* RV 13-14. *Episcopis* V: *et episcopis* R 14. *coeteris* R *ceteris* V 15. (καὶ οἱ άλλοι). *prae* R: *pre* V 17. *affuit* V: *adfuīt* R 19. *beatæ Mariae* R: *beate Ma- rie* V 20. *altario* RV 21. *imaginem gloriosae* R: *ymaginem glo- riosæ* V 22. *effinsisse* VR 24. *thalamo* R: *talamo* V 25. *praepu- rato* R: *preparato* V 26. *que* V: βραχιάζιν; R

esset in crastinum efferendi per urbem capitum ad Basilicam beati Petri, ut institutum erat. Communis omnium mentes occupaverat moeror tantam solemnitatem quae praeparata erat impediri dolentium et tantam populi expectationem frustrari.

5. 22. Confluxerant infiniti advenae ex Germania, Gallia, Hungaria et reliquis transalpinis regionibus. Tum vero ex Italia innumerales adventaverant plebes, et viri multi nobiles studio visendi sacratum verticem, adeo ut in Jubileo, qui sub Nicolao Quinto Pontifice Romano celebratus est, quem conto stat fuisse maximum, nunquam una die maior hominum multitudo visa fuerit, et omnes tristes erant, ij praesertim qui non fuerant in pratis; nam multi postea introierant. Nec Pium Pontificem minor affligebat moestitia, timentem super populo cuius desideria frustari animadvertebat, et hinc civibus inde 15 advenis condolebat, qui pariter angebantur. Rogabant autem universi Deum, ut serenitatem in crastinum elargietur; quos non audire voluit divina miseratione, et simile vero est impretrasse beatum Andream suo capiti placidum tempus, qui exauditus est pro sua dignitate. Subito enim paulo ante solis 20 exortum, sive Aquilo fuit, sive Boreas aut aliis ventus nubes omnes pepulit et coelum nitidum serenumque reddidit, et sol ipse splendidus ac supra modum fulgidus apparuit in oriente, ita ut meminerint multi et precipue Pontifex ipse illius distici:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane;

25 Divisum imperium cum Jove Caesar habet.

Sed mutavit Pius carmen, dixitque circumstantibus:

Nocte pluit tota, redierunt tempora nostra

Nox fuit acta hostis; lux erit ista Dei.

2. *Communis* R: *Comunis* V 3. *solemnitatem* R: *solemnitatem* V

5. *advenae* R: *advene* V 8. *Jubileo* V: *Jobeleo* R 11. *fuerit* R:
fuerat V *praesertim* R: *presertim* V 13. *moestitia* R: *mestitia* V
 14. *desideria* V: *desyderia* R 21. *celum* RV 22. *orientē* V:
orienti It 25. *caesar* R: *cesar* V

Et subiunxit :

Humida praeterit tempestas; sicca reversa est.

Nox inimica abiit; luxit amica dies.

Jussitque Pontifex mox aspersari Cardinales et parari quae essent ad educandam pompam necessaria.

23. Ipse vero in thalamo suo celebravit et passionem dominicam legit eius diei secundum Lucam; et finito sacrificio, cum iam frequens Senatus adesset et omnis clerus accersitus Cardinalibus percunctatus est, quid facta esset opus Nam ducere in pompa caput Apostoli decretum erat; verum pedibus an equis iter agendum nondum certum; etsi enim mundaverat hesterna die populus omnem viam, qua erat eundum, nox tamen pluviosa multum super induxerat lutum, et transitus in lubrico solo sacerdotibus sacra ferentibus et sanctis indutis vestimentis difficillimus videbatur. Tum longitudo itineris gravis apparebat senibus; nam circiter duo milia passuum conficienda erant ab aede Sanctae Mariae Popularis ad Basilicam Sancti Petri per medium Urbem. Itaque multorum sententia fuit indulendum esse Cardinalibus, episcopis et abbatibus, ut in equis incederent, reliqui pedibus ambularent. At id Pontifici minime placuit, ne vel divisa processionis pompa videretur vel parva sacerdotum devotio et minor impensa divino Apostolo reverentia. Jussitque ut omnes pedibus irent honorarentque sub suo labore sacrum verticem dignique fierent indulgentijs. Siqui vero senes aut valitudinarij id laboris subire non possent, irent alio itinere equitantes ad Sanctum Petrum et ibi expectarent in gradibus ante fores adventum pompe et nihilominus qui non possent totum iter pedi-

2. *praeterit* R: *preterit* V 4. *Jussitque Pontifex* R: *Jussitque* V

que V: βραχυγράφω; It 9. *Percunctatus* V: *perconctatus* It

11. *aede Sanctae Mariae* R: *ede Sante Marie* V 21. *At* It: *ad* V

24. *suo* It: *κτίσι* V

bus agere, possent autem partem tantum ire quantum suo ex arbitrio valerent, selecto loco ex quo possent ad Sanctum Petrum pedibus pervenire.

24. Quo auditio perpauci fuerunt qui non totum iter ambulare decreverint. Ex Cardinalibus quidem Johannes episcopus Penestrinus excellens theologus, extremo confectus senio, et Prosper Columnensis, doctrina ac nobilitate illustris, verum podagra vexatus, ad Vaticanum occultis aditibus se contulerunt. Ludovicus cardinalis Sancti Laurentij in Damaso domi se continuuit sive mundo implicitus domestico sive quod ei solemnitati non ex animo favebat. Nicolaus Sancti Petri ad vincula, natione Germanus et Johannes Sanctae Priscae Hispanus. viri docti et religiosi, gravi detenti valididine, cum interesse non possent, petierunt, ut domi manentes indulgentiarum participes fierent; quod Pontifex indulxit. Nec Philippum Cardinalem Bononiensem, Nicolai Papae V germanum, morbos recens interesse permisit. Bessarion episcopus Tusculanus parum validus in Campo Florum pompe sese immisceu et ad aedem principis Apostolorum non sine gravi labore pervenit, homo non tam annis quam morbis confractus. Reliqui omnes Cardinales, excepto Ruteno, de quo post dicemus, iter totum pedibus exegerunt. Paucissimi quoque ex episcopis abfuere, quamvis multi aegrotarent, fuitque grande spectaculum devotione plenum et reverentia grandevos videre senes suis pedibus per lubricum ambulantes, palmas in manu gestantes et in canis capitibus albas portantes mitras, vestimentis sacerdotalibus induitos et ipsis candidis, luminibus in terram defixis, nusquam flectentes oculos, sed orantes et di-

1. *ire ἔγραψα: irent* R: λέιπει V 5. *Johannes* R: *Joannes* V
 8. *aditibus* R: *additibus* V 11. *Μετά τῷ solemnitati ἔττα: parum*
 ἐν τῷ R, ἀλλὰ διεγράφη διὰ γραμμῆς ὑπερθεν 12. *Johannes* R: *Joannes* V
Priscae R: *Prisce* V 16. *V* ἐν τῷ *V: Quinti* R 17. *Bessarion* R:
Ryssarion V 18. *Pompe* R: *pompe* V 19. *αὐτὸν* R: *edem* V
 23. *aegrotarent* R: *egrotarent* V 24. *grandevos* R: *granderos* V
 26. *mytras* RV

vinam misericordiam super populo implorantes, et nonnulli qui prius in delitijs enutriti vix centum passus ire poterant non equis vecti, huc die alio millia passuum onusti saecularibus in luto et in aqua facile perrexerunt. Vilhelmus episcopus Hostiensis onus suae carnis, nam pinguis erat et aetate 5 proiectus, non sine labore tulit, homo nobilis et regio sanguine natus. Nec Alano Sanctae Praxedis Cardinali non difficile fuit molem sui corporis ferre, homini magno et multo abdomine pingui. Ambo tamen alacres viam peregere. At Johannes episcopus Portuensis natione Hispanus, vir civili doctrina 10 excellens, qui paulo ante ex legatione Hungarica redierat, non parum admirationis praebuit, qui etsi senex erat et valitudinarius, laeto tamen et vultu et animo iter totum orando confecit; fascem portabat amor et nihil erat amanti difficile. Laborarunt in via non parum Alexander Sanctae Susanna et 15 Jacobus Sanctae Anastasiae Cardinales, quorum alterum valitudo non bona, alterum sextus et sexagesimus annus praegravarat. Vicit tamen devotio et nulla in parte pompa defuerunt. Latinus Ursina gente natus laboris alias impatiens et imbecillo corpore, ea die fortior effectus, nil inter eundum 20 laborasse visus est. Reliqui omnes aetate et robore valebant, ut Petrus Sancti Marei Eugenij IIII, Ludovicus Sanctorum Quatuor Coronatorum Calixti III nepotes, Riccardus Constantiensis, qui olim Karoli Regis Franciae consiliarius fuit. Nicolaus Theanensis, qui pridie exercitibus ecclesiae praefuerat 25 Marsosque domuerat, Johannes Atrabatensis, qui paulo ante abrogata sanctione pragmatica redierat ex Gallijs, Jacobus Pa-

3. *millia* R: *milia* V 4. *et in* V: *et* R *porreixerunt* V: *perre-*
xarunt R 5. *suae* R: *sue* V 7. *Sanctae* R: *Sancte* V *Praxedis* RV

11. *Hungarica* R: *Ungarica* V 12. *praebuit* R: *prebuit* V

13. *laeto* R: *leto* V 15 (xai xatwsiw). *Sanctae* R: *Sancte* V

Susanna R: *Susanne* V 16. *Anastasiae* R: *Anastasie* V

17. *praegravarat* R: *pregravarat* V 20. *nil* V: *nihil* R

22. *IIII* V: *Quarti* R 23. *III* V: *tertij* R *Riccardus* V: *Ric-*
chardus R 25. *praefuerat* R: *prefuerat* V 26. *Johannes* R: *Joan-*
nus V *Atrabatensis* V: *Attrebatensis* R 27. *Gallijs* R: *Gallis* V

piensis litteris humanitatis apprime praeditus. Rodericus vicecancellarius et ipsi Calixti nepos ingenio praestans. Francisco Senensis culus ante meminimus. et Franciscus Mantuanus nobilissimus Italiae atque Germaniae familijs sanguine iunctus. Fuitque in omnium voltibus et gravitas et religio et devotio, neque ullus affuit gestus indecorus. Adeoque modesta incessit Cardinalium ordo, ut supra modum astantis turbae commoverunt ad religionem animi. Nec dissimilis visus est episcoporum et aliorum praelatorum incessus. et in omni clero admirabilis apparuit compunctio cordium.

25. Aderant ecclesiarum totius Urbis sacerdotes sanctorum reliquias p[re] se ferentes. Aderant splendide vestiti Romani eives, conservatores camerae, principes regionum et reliqui magistratus, legati quoque regum et principum et barones Urbis. ferebantque in manibus ardentes cereos, et suum quique ex ordine locum tenebant. Pars legatorum ac nobilium circa Pontificem collocata est, auratum ferens supra caput Apostoli pannum, qui solis radios averteret, quasi umbraculum; Baldachinum nostra vocat aetas Reliqui antecedebant 20 clerum. Sunt qui asserunt XXX^{ta} millia candelarum ardentium in processu cleri et populi ea die supputata fuisse; ad pontem Hadriani, dum illic bini et bini transirent homines, tantusque inventus est sacerdotum numerus sacra ferentium, ut qui priores incesserant ante ad Sanetum Petrum pervenerint quam Papa e loco suo se moverit; et nihilominus alter instabat alteri et praecedentis vestigium mox qui sequebatur occupabat. Ut ergo cuneta fuerunt apparata, et pompa iam diu cooperat incedere, descendit Pontifex de thalamo suo humeris hominum, ut consueverat, sella vectus aurea, nam pe-

1. *praeditus* R: *preditus* V: *Rodericus* V: *Rhodericus* R

2. *calixti* R: *callisti* V: *praestans* R: *prestans* V: 4. *Italiae* R: *Italie* V: *nobilissimus* V: *nobilissimis* R: 7-8. *turbae* R: *turbe* V

9. *praelatorum* R: *prelatorum* V: 12. *prae* R: *pre* V: 13. *camerae* R: *camere* V: 20. *millia* R: *milia* V: 22. *illuc* V: *illuc* R
26. *praecedentis* R: *precedentis* V

dum usum iam pridem abstulerat podagra, misitque Hostiensem episcopum, qui duobus Cardinalibus comitatus et aede Sanctae Mariae Apostoli caput ad se ferret. Nam sibi prae multitudine plebis non patebat in ecclesiam aditus. Receptum est ex altari nobile pignus, et in manibus Pontificis datum 5 vidente omni populo et Dei misericordiam implorante.

26. Pontifex illud exosculatus accipiens et ante se ferens et circumfusae multitudini benedicens coepit procedere, hora iam XIII^h. Tantaque ubique turba viam obsederat ut vix milites Papam stipantes iter fastibus aperire possent, quamvis extra 10 Urbis aedificia aliquandiu esset eundum, qua latiores inveniuntur semitae. Flexit enim Pontifex ad dextram Tyberim versus, et secundum fluminis ripam incedens reliquit ad sinistram Augusti tumulum, quibus in locis et si late alias patent, nihil eo die vacuum erat, adeoque densae inter se 15 hominum turbae cohaerebant, ut iactum tritici semen vix posset in terram cadere, et pari modo vici omnes usque ad Sanctum Petrum obsessi reperiebantur. Nec turba eadem erat, quae dimisso uno loco alterum occuparet, sed nova ubique facies hominum offendebatur. Itum est prope Tyberis cursum, donec ventum est ad frequentia Urbis aedificia dextro itinere exinde pompa ad sinistram flexit, et per arctos civitatis vicos et altas aedes venit ad templum Pantheon, quod gentiles dijs omnibus id est demonibus, maiores nostri gloriosae Virgini matri Domini et sanctis omnibus consaerarunt, 25 atque illac per plateam magni templi vertit se ad dextram manum, quo usque praeterijt divi Eustachij sacellum; ibique rursus sinistrorum itum est ad aedes usque Berardi Cardi-

2. *aede* R: *ede* V 3. *Sanctae Mariae* R: *Sancte Marie* V
prae R: *pre* V 5. *altario* RV 7. *exosculatus* V: *exobsculatus* R

8. *circumfusae* R: *circumfuse* V 9. *coepit* R: *cepit* V 11. *ae-
dificia aliquandiu* R: *edificia aliquadiu* V 12. *semitae* R: *semite* V

15. *densae* R: *dempse* V 16. *turbae cohaerebant* R: *turbe co-
herebant* V 21. *aedificia* R: *edificia* V 22. *erin* RV 23. *aedes* R:
edes V 24. *gentiles* R: *gentibus* V 24-25. *gloriosae* R: *gloriose* V

27. *praeterijt* R: *preterijt* V

nalis Sanctae Sabinae, scientia iuris eminentissimi et exemplaris viri. Tumque tertium ad dextram inclinatum est et via itum quam Papae vocant, usque ad aedes Maximi recens aeditas. Illine denuo sinistrum iter acceptum usque in Campum Florum, quo ad dextram pertransito platea Sancti Laurentij in Damaso occurrit, quo in loco sinistro itum est vico, usque quo rursus quoque adesset ripa Tyberis; et postremo dextra via ad molem usque Hadriani perventum. Ubi ponte transmisso per viam Sacram ad Sanctum Petrum iter est habitum, 10 quod ubique floribus et odoriferis herbis stratum fuit. Quo vero frequentes civium aedes inventae sunt Urbe tota, tecta erat pannis aut ramis arborum via, ne sol offenderet, et omnes domorum parietes ornati, quos aulea pietique tapetes operuerant.

15 27. Ingentem Romani et laetitiam et devotionem ostendere, et pariter curiales et advenae, certantes invicem quo alter alterum in honore Apostoli superaret. Quiequid ornamentorum in domibus fuit, id totum effusum est ad decorandas sacro capite vias. Nulla pretiosa vestis ea die non est ostensa. Matronae ac virgines in hostijs et in fenestris domorum cum luminaribus et ornatu, qui tempori conveniebat, orantes pompa transitum intuebantur, sacrumque caput venerabantur. Fumabant per trivia et universas vias altaria, ardebant thura passim et thymiamata et odoratae arboris ramuscuii; pictas 20 tabulas, egregias statuas et quae vivos exprimerent vultus quisquis domi habuit in portica ante fores in propatulo collocavit. Multis in locis personatus varij visebantur. Pueri angelos coeli representantes alij dulce canebant, alij organis psal-

1. *Sanctae Sabinae* R: *Sancte Sabine* V 3. *Papae* R: *Pape* V

3-4. *aeditas* R: *editas* V 7. *rursus quoque* V; λείπουσι R

8. *Hadriani* R: *Adriani* V 10. *et* R: *ex* V 11. *aedes inventae* R
edes invente V 16. *adrenae* R: *advene* V 19. *pretiosa* V; *pre-
ciosa* R 19-20. *Matronae* R: *Matrone* V 21. *pompa* R: *pompe* V

21. *thymiamata* R: *thymiamatha* V *et odoratae* R: *ex odoratae* V

25. *egregias* V; *aegregias* R 28. *coeli representantes* R: *cel
representantes* V

lebant; nullum musicae artis instrumentum non audiebatur, et simul Apostoli laus ethera implebat. Tum vini fontes et diversa miracula passim suspensa transeuntium oculos detinebant. Superavit inferiorum et aequalium omnium studia Melchior, equitum Rhodiensium procurator, homo frugi et doctus, qui pro foribus suae domus altari erecto multa incendit thura et ornatus varios adhibuit et cantores et tibicines, et diverso et dilectabili concentu transeuntes Apostoli reliquias honoravit. Cardinales, qui eo itinere habitabant, cuneti suas domos mirifice appararunt, uno deempto, quem honoris gratia 10 subticeo ne forsitan irreligiosus existimetur.

28. Spoletanus, quamvis abesset, petierat enim ecclesiam suam per sacram ebdomadam plebeculae suae et suis ovibus satisfactus, ministros tamen domi reliquit, qui et plateam adiacentem pannis operuerunt et per pulchre parietes ornaverunt. Sed victus est ab Alanio, Sanctae Praxedis Cardinali, quem vocant Avignonensem. Is aedes habitavit in Campo Florum, quo in loco Magni Pompej genium fuisse commemorant. Nunc Ursinorum palatia sunt, quae nepos Eugenij Papae Cardinalis Portuensis in alieno solo maximo sumptu 20 aedificavit. Alanus altari in foro erecto tectoque pannis aureis et multis odoramentis incensis praecaltos quoque palatii muros pretiosis vestivit ornamentis, quae ab Atrebato civitate Galliae in Italiam feruntur. At omnium sumptus atque conatus et omnium ingenia superavit Rodericus vicecancellarius, qui aedes suas, quas in solo veteris Monetae altissimas et amplissimas construxit, divitibus et admirabilibus pannis

1. *musicae* R: *musice* V 4. *aequalium* R: *equalium* V 6. *pro* R: *pre* V 7. *tibicines* R: *tibicynes et tubicines* V 13. *plebeculae suae* R: *plerule sue* lv δι τῇ ὥᾳ alias *plebi* V 15. *per pulchre* R: *pulchre* V 16. *Praxedis* R: *Presidis* V 17. *Avinionensem* V: *Avinoniensem* R 18. *edes* RV 19. *quae* R: *que* V 20. *solo maximo* V: λείπουσι προστιθέμενοι τοῦ στρατου [+] στρατίουται; παράλιψη λέγεται 21. *aedificavit* R: *edificayit* V 22. *praecaltos* R: *prealtos* V 23. *pretiosis* V: *preciosis* K 24. *Atrebato* V: *Attrebato* R 25. *Rodericus* V: *Rhodericus* R 26. *Monetae* R: *monete* V

operuit. Tum coelum sublime erexit in quo multa et varia suspendit miracula, nec suas tantum domos sed vicinas etiam adornavit, ita ut platea circunducta paradisus quaedam videatur. Suavibus plena sonis et cantibus seu plurimo fulgens auro domus sicut Neronis fuisse perhibetur. Tum carmina plurima appensa parietibus legebantur ab electis ingeniosis recens aedita quae grandioribus conscripta litteris et divi Apostoli laudes et Pij Pontificis paeconia canebant. Nec Tusci negotiatores mensarijque Hadriani qui prope pontem habitabant suas domos inornatas reliquere, quippe qui alter alterum et sumptu et novarum rerum studio superare certabant. Nulla fuit platea, nullus vicus, qui habitatores haberet, qui non aliquid admiratione dignum pree se ferret. Pontifex igitur per tot miracula vectus vehensque sacrum verticem denique in eam plateam pervenit quae ante principis Apostolorum basilicam latissime patet. Hanc externus impleverat populus; nam Romani paeter eos qui pompam duxere in suis vicis mansere, praesertim feminae.

29. Hic maxime exorta est vociferatio, et quasi murmur aquarum multarum, cum viso Apostoli capite cuncti sese extundentes pectora cum gemitu et ullulatu commendarent. Ascendit Pontifex scalam marmoream multorum graduum, quam ipse magno sumptu paulo ante construxerat pro foribus atrij, nam vetus illa, Constantini opus, iam defecerat. Superatoque summo gradu vertit se ad multitudinem et benedixit ei sacrum ostendens verticem. Ingressus vero atrium contemplatus est effigiem beati Petri quae sedet ante vestibulum templi, et tanquam statua illa germani adventu laetabunda fleret, collaerimatus est, duorum fratrum qui se iam pridem

1. operuit V: opperuit R: coelum R: celum V 5. fuisse R: habere V 1. aedita quae R: edita que V 8. laudes R: λαῆς V
 paeconia R: preconia V 9. tusci V: thusci R 13. dignum pree R: dignior pre V 15. quae R: que V 17. praeter R: preter V
 18. praesertim R: presertim V: feminae V: foeminae R
 27. quae R: que V 28. laetabunda R: letabunda V 29. collaerimatus R: collachrymatus V

non vidissent concursum atque complexum mente revolvens. Processitque inde in ecclésiam quae tota luminibus ardere visa est. Nam et ipsa plena erat viris ac mulieribus, et pauci aderant non habentes aut candelas aut cereos accensos in manibus. tum lampades innumerabiles et candelabra lucebant, quae omnia modulantibus organis et canente clero admirabiliora reddebantur. Ventum est ad aram maximam non sine magno labore inter confertissimas turbas, quae vix gladijs dabant locum. Sub ara corpora iacent duorum Apostolorum Petri et Pauli, orbe toto veneranda. Hic pretiosum beati Andreae caput repositum est, quod praelati et viri excellentes qui aderant omnes exosculati sunt.

30. Anno qui praecesserat proximus percusserat apoplexis Isidorum episcopum Sabinensem, sanctae Romanae ecclesiae Cardinalem, natione Graecum ex Peloponneso, qui olim Rossanis, boreali genti, praefuerat; cui et si sermonem ademit, intellectum tamen non abstulit. Manebat hie domi languens, qui ubi transeuntem ante suas aedes sacrum verticem conspicatus est, nullo pacto retineri potuit, quin sequeretur sanctas reliquias. Venit igitur suis pedibus in basilicam beati Petri, et ingressus ferreas craticulas quae sancta sanctorum cingunt et maius altare custodiunt accedens. Pontificem signis ac nutibus indicavit se cupere divinum Apostoli verticem osculari. Impetrata venia, flexis genibus cum multis singultibus et lacrimis et maxima reverentia desiderio suo fecit satis. Et tanquam voti compos exultavit, domumque laetus rediit; nam quasi patriae suae conditorem vidisset; ita sibi ipsi complacuit, et longe iocundior visus est venerandus senex abire.

2 (καὶ κατωτέρω), quae R: que V: *luminibus* R: *lumina* V 4. aut cereos accensos R: cereas V 10. pretiosum V: *preciosum* R

11. Andree R: *Andree* V 12. exosculati V: *exobsculati* R 13. praecesserat proximus R: *praecesserat prossimus* V 14. Ysidorum V: Hisydorum R: *sanctae Romanae ecclesiae* R: *sancte Romane ecclesie* V 15-16. Rossavis V: *Roxavis* R 16. praefuerat R: *prefuerat* V

23. osculari V: *obsculari* R 25. lacrimis V: *lacrymis* R
desiderio V: *desyderio* R 26. rediit R: *reddiit* V

31. Tum Bessarion Cardinalis dextrum altaris appraehendens cornu et hinc sacrum Apostoli caput, illinc Pontificem intuens, sermonem habuit in hunc modum :

«Ecce frater tuus, beatissime Petre princeps Apostolorum 5 et tu vas electionis et doctor gentium, qui ultimo in Apostolatum vocatus pari dignitate principatum cum Petro obtinuisti, en inquam vester Andreas, qui primus vocatus eeteris viam ad Salvatorem ostendit.

32. «Adest ecce vester Andreas, ut qui in coelo vobis coniunctus ac conditori Salvatorique humani generis assistens gloria contemplationeque eius perfruitur, etiam in terris corpore hoc tempore coniungatur resideatque aliquandiu vobis-
cum. Is supra mille quadringentos et viginti octo annos ab assumptione Domini corpore a vobis disiunctus extiterat.
Hunc enim Achaia, ut novistis, quam olim suo sanguine Deo conservaverat, retinens procul a vobis Urbeque Romana, quae vos conditores, quae vos magistros fidei, quae vos sanctos verosque pastores adepta est, positum fidelissime custodivit. Huius vero adventus sui causam non ignoratis, qui non modo cuncta praeterita verum etiam pleraque futura in verbo contemplamini Ceterum ut non ad vestram sed ad Christianorum si qui sunt qui ignorant id notitiam perveniat. En ego, inquit tuus Andreas, Petre frater, posteaquam a Salvatore primo deinde tuo iussu ad praedicationem Evangelij missus post multas diversasque nationes, quos fidei rectae Christianoque nomini dedicaveram, tandem in Achaiam Peloponnesi provinciam multitudine hominum tum nobilitate, tum doc-

1. *Bessarion* V: *Byssarion* R 1-2: *apprehendens* R: *apprehendens* V 4. 'Εν τῇ Ὁρᾳ Oratio V 7. *ceteris* V: *coeteris* R 9. *coelo* R: *celo* V 13. *Is* V: *Is qui* R *quadringentos* R: *quadringenos* V

14. *domini corpore* R: *corpore domini* V 17 (xxi 5; χαροπός) *quae* R: *que* V 20. *praeterita* R: *preterita* V 21. *Ceterum* V:

Caeterū R 21-22. *cristianorum* RV 21. *deinde* V: *dein* R. *praedicationem* R: *predicationem* V 25. *rectae* R: *recte* V

trina praeditorum refertam ita longe lateque Evangelij veritatem disseminavi, ut omnem provinciam ab idolorum cultu ad veri Dei religionem converterem. Ob quam rem ab Egea proconsule, cuius uxorem etiam gladio ignique spiritus ab eo ereptam Christo obtuleram, sacratissime eius cruci eo mortis 5 genere, quo tu et magister noster Dominus Jesus, ipse quoque vitam finivi. Ubi a Maximilla proconsulis conjuge sepultus, ad haec usque tempora requievi, a Christi cultoribus honoratus magnisque sublatus paeconijs. Sed cum Mahumetica gens, heu rem miseram atque funebrem, quandam Diaboli 10 filium Antichristi Mahumet sequens, occupatis primo ceteris Graeciae atque Orientis partibus, tandem novissimis his temporibus Achaiam quoque impiissime subiugasset, ac nefario cultu subvertisset, inde ego nutu divino ex impiorum manibus profugiens ad te sanctissimum fratrem, ad te paecep- 15 torem atque magistrum, ad te universalem Christiani generis pastorem a Deo constitutum tanquam ad tutissimum portum me recipio; ut quemadmodum Paulus tuus immo vero noster a fratribus in sporta per civitatis muros demissus eius qui Damasco paeerat crudelissimas manus, ut corsum 20 suum consumeret et Evangelij paeicationem finiret, evasit, ita ego quoque ad te confugiens filios quos mibi, vel potius tibi, immo vero Christo Domino nostro genueram, impijs nunc ac truculentissimis hostibus subditos et non modo libertate corporum privatos, sed etiam de fidei integritate periclitantes. ope atque auxilio tuo ad pristinam libertatem reducam, ad veri Dei cultum restituam et ab omni spurcitia gentilium expurgatos Christo Deo nostro rursus

1. *refertam* V: *referctam* R 2. *Idolorum* R: *Ydolorum* V
3. *converterem* V. *converterim* R 4. *ab eo* R: *obeo* V 5. *sacratissime* RV 7. *Maximilla* R: *Massimilla* V 8. *requievi* V: *quieti* R
9. *paeconijs* R: *preconijs* V *Mahumetica* R: *Mahometica* V
11. *ceteris* R: *caeleris* V 12. *his* R: *λίται* V 15 - 16. *praeceptorem* R: *preceptorem*. V 18. *vero* P: *λίται* V 20. *Damasco* V: *in Damasco* R *paeerat* R: *preerat* V. 21. *consumeret* V: *consumaret* R *paeicationem* R: *predicationem* V 28. *rursus* V: *λίται* R

Incolumes reddam, rem tibi profecto gratam atque acceptissimam desiderans.

33. Nonne tu ille es, zelantissime Petre, qui Malcho Pontificis servo in Christum noctu eum ceteris irruenti auriculūm 5 gladio amputasti, ad graviora quoque processurus, nisi clementissimi magistri nostri voce percusus abstinuisses? Non tu ille es, qui, si proditionem novisses, extemplo in eum irruens cruciatibus affecisses et vel dentibus eum discerpisses?

Non tu ille es, qui Ananiam et Saphyram quod Spiritui 10 Sancto mentili fuissent morte mulctasti? Quid modo ages?

An non in impios Turchos salutiferae ac sacratissimae crucis acerrimos hostes, per quam te neque recepit qui per eam nos redemit in barbaros membra Christi crudeliter dilaniantes et Christum ipsum contumelijs ac blasphemis 15 continue afficientes segnis eris aut piger? Ita ne eos patieris? Ita ne eos impune debacchari permittes? Non decet hoc integritatem tuam; non decet tuum illum ferventissimum et incomparabilem zelum! Si talia pro rebus minoribus egisti, maiora certe pro multo maioribus facies. Cum tibi praesertim Christiani reges, principes ac populi colla subjiciant, tibi obdiant, tuis iussis ut dominicis mandatis obtemperent. Et quod omnium praecipuum est, talem haec tempestate successorem habeas, cui inter alias virtutes hac potissimum cura, hoc desiderium animo insidet, ut innocentem sanguinem 20 Christianum crudelissime effusum iusta animadversione ulciscatur.

34. «Romani tui quorum Urbem magistram antea erroris inveniens, veritatis discipulam atque regiam et sacerdotalem civitatem per sacram tuam sedem effecisti, caputque totius

2. *desiderans* V: *desyderans* R 4. *ceteris* V: *caeteris* R 8. *discerpisses* R: *decerpisses* V 9. *Spiritu* RV 11. *in* R: *λίπει* V 12. *salutiferae* R: *salutifere* V 13. *sacratissimae* R: *sacratissime* V 14. *blasphemis* R: *blasfemijs* V 18. *incomparabilem* R: *incomperabile* V 22. *praecipuum* R: *precipuum* V 24. *desiderium* V: *desyderium* R

orbis religione divina quam terrena dominatione latius praesidentem instituisti, illi inquam Romani tui cum adhuc gentiles essent, nec dum tui, non fratres et filios, sed socios et amicos regnis suis ab hostibus ejectos. ut Massinissam a Syphace, ut Ariobarzanem a Mithridate, ut alios ab alijs pulsos, 5 ad se profugentes suamque poscentes opem, suis sumptibus laboribus et periculis iuverunt ac cum magna et illorum et sua gloria restituerunt. Quanto magis tu Petre sanctissime frater germano tuo et in passione socio proprijs pulso sedibus et filijs tuis ac tuo gregi, cui pascendo pastorem te praefecit 10 Dominus, inter tot tormentorum et calamitatum genera subveniens, oppressos sublevavis et ex iniquorum manibus eripies. Nunc illo quem contra Malchum evaginaveras utendum est gladio contra servos peccati, contra servos iniquitatis, contra mancipia omnis spureitiae. Nunc manibas nunc den- 15 tibus, nunc omni cruciatus genere non contra Christi proditores dumtaxat, sed contra eius vexatores atque oppressores irruendum. Nunc in eos qui Spiritum Sanctum blasphemant et inremissibiliter peccant, Christum Dei filium esse negantes nutu, verbo, dextera Dei animadvertendum est. Nunc vomeres 20 in gladios vertendi, nunc vendenda tunica et gladius emendus est. Nunc tuus zelus exardeat. Nunc Pauli tui gladius accuat, ut tua ope atque auxilio per potentissimos Occidentis principes fide, quam praedicasti, quam approbasti, qua pater universorum factus es, defensa, super petram Christum aedi- 25 ficata ecclesia contra portas Inferi praevaleat auctore et teste ipsa veritate, Domino nostro Iesu Christo.

35. «At ut haec ad te dicta sufficient nunc successorem tuum dignissimum et verum Christi vicarium Pontificem summum appello, qui me summis exceptit honoribus, qui 30

1-2. *praesidentem* R: *presidentem* V 7. *magna* R: *magnam* V

10. *praefecit* R: *prefecit* V 15. *mancipia* R: *mancipiam* V

18. *blasphemant* R: *blasfemant* V 24. *praedicasti* R: *predicasti* V

25-26. *aedificata* R: *edificatu* V 26. *praevaleat* R: *prevaleat* V

30. *appello* R: *apello* V exceptit R: λαμβάνω V

me tanta fide et devotione hesterno die salutavit, qui tali me oratione affatus est, ut et ipse lacrimatus sit et omnes fere ad lacrimas commoverit, quippe qui etiam lapidea corda ad fletum facillime convertisset. Te inquam. Pie Pontifex maxime oro, te precor, te obtestor ut quod a fratre petij, tu qui sedem eius merito tenes, qui ei in pontificatu digne succidis, exequaris atque perficias. Auge in dies animum quem ad vindictam Christiani sanguinis hactenus habuisti, ne desistas hortari principes Christianos, et quod totiens a te interpellati nondum excitati sunt minime desperes. Verebuntur aliquando Christum, verebuntur Petrum teque, neque rogantes induent Christianum regiumque animum, digna tandem se facient et crudelissimos hostes aggressi gloriam sempiternam cum magna tui nominis celebritate et populi Christiani salute adipiscuntur, cui te Deus incolument cum felicitate diutissime conservet, sedis Petri gubernacula cum summo decore et moderatione tenentem, et tibi pro sua pietate praestet gratiam ut qui eum magna me gloria in hae Urbe impresentiarum accepisti, cum maiori in patriam aliquando reducas, quemadmodum magno cum affectu tua sponte heri pollicitus fuisti.

36. Auditus est Bessarion non absque attentione et gratia, quamvis fessi patres ex itinere quietem cuperent et iam sextadecima erat hora. Nec tamen illo finiente gravati sunt audiire Pontificis responsum qui haec verba subintulit:

37. «Si loqui possent beatorum Apostolorum sacratissima corpora quae sub hoc altari iacent adventui profecto tui venerandissimi capit, dive Andrea, magnopere congratularentur et verbis amplissimis suam laetitiam explicarent, et quae per te petita sunt auxilia ultro promitterent. Sed requiescunt illa

2. *lacrimatus* V; *lachrymatus* R 3. *lacrimas* V; *lachrymas* R

9. *quod* R: *qui* V 10. *nondum excitati* V: *λέιποντες* R 15. *incolument* R: *incolumen* V 16. *felicitate* RV 17. *praestet* RV 22. *Bessarion* R: *Byssarion* V 23. *fessi* R: *sexi* V 24. *quietem* R: *quiete* V

25. *responsum* R: *responsis* V 26. *hec* RV 29. *laetitiam* R: *le-*
titiam V quae R: que V

sine voce usque in diem resurrectionis. Sentiunt tamen hodie, sicut arbitramur, ob praeſentiam tam cari et tam cognati capitis miram suavitatem et internam quandam dulcedinem, maxime beati Petri germani tui ossa, quibus fraterna caritas plus aliquid affert. Spiritus autem eorum in coelo sunt, in regno Dei, in regno Christi, nec dubium est quin de te cogitent et opem diuinam implorent, qua tuus hic vertex in suum solium restituatur. Agit Petrus, agit Paulus tuam causam, et digni sunt ambo qui exaudiantur a Domino. Ne dubita, exaudiens Jesus Christus vocem fratris tui, cuius est non fratrem tantum, sed fratres omnes confirmare dicente Domino ad eum: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Quod non inepte ad confirmationem sedium trahi potest. Restitueris volente altissimo fratris auxilio et beati Pauli precibus in tuo solio, et confirmaberis in eo ut speramus usque ad finem seculi. Quantum vero ad nos attinet, quia nostri quoque facta est mentio, qui locum germani tui tenemus indigni, ne multis moremur, tibi, Andrea dignissime Apostole Christi, quem ab ineunte aetate usque in hoc aevi praecipuo cultu venerati sumus et intra coeli cultores cum plerisque alijs nobis advocatione et protectorem elegimus, omnes suppetias quae sunt in nostra potestate ad recuperandas tuas oves tuamque domum hic in terra volenti et cupido animo pollicemur. Nihil est enim quod nobis magis cordi sit quam Christianae religionis et orthodoxae fidei defensio, quam tui nostrique hostes Turchi conculcare nituntur. Quod si Christiani principes ac populi nostram vocem audire voluerint et suum pastorem sequi, videbit et laetabitur omnis ecclesia, nec nos quae sunt officij nostri neglexisse, nec te frustra huc impetratum fratris auxilia venisse.

2. *praeſentiam* R: *presentiam* V 3. *internam* R: *in aeternam* V5. *affert* R: *afferet* V 6. *coelo* R: *celo* V 16. *seculi* V: *saeculi* R18. *apostole Christi* V: *Christi apostole* R 19. *praecipuo* R:20. *coeli* R: *celi* V 25. *christianae* R: *christiane* Vorthodoxae R: *orthodoxe* V 28. *laetabitur* R: *letabitur* V

38. Atque his dictis et collecta decantata, surgens dimisit in altari nobile pignus ut omnibus ea die videndum pateret auditoribusque sacri palatij custodia demandata. indeque abiens eantibus Cardinalibus et episcopis et alta voce
 5 Deum laudantibus, ivit ad locum ex quo *(populus)* videri poserat et multitudini benedixit. Ac nepos eius secundum carnem Senensis Cardinalis plenarias indulgentias annuntiavit, atque in palatum redditum est. Et sequentes maioris ebdomadae dies divinis officijs pro veteri observantia sunt
 10 attributi et Passionis dominicae sacra peracta non absque plebis ingenti devotione.

39. In quinta vero feria in loco ad id electo Pontifex cum Cardinalibus et omni clero consuetum promulgavit Anathema, et homines quatuor perditionis filios nominatim excomunicavit atque extra ecclesiam Christi fecit, Sigismundum ex Austriae ducibus, qui violentas manus in Cardinalem Sancti Petri episcopum suum Brixinensem iniecerat ipsa die sacra et magna dominicae resurrectionis, ac Gregorium Amburgensem cognomento Errorium, qui paulo ante velut haereticus fuerat condemnatus ut qui auctoritatem ecclesiae parvi facheret contemneretque censuras et damnatos dogmatizaret errores. Tertio loco excommunicati sunt duo fratres tyranni, alter Arimini, alter Caesenae, Sigismundus et Malatesta, filii Pandolphi ex genere Malatestarum extra matrimonium nati, qui saepius
 25 requisiti debitum ecclesiae Romanae censum praestare contempserunt, et Sigismundus quidem totius malitiae caput, et venenata mens sine religione, sine fide, sine Deo, nullius peccati non reus paulo post de haeresi convictus condemnatusque est, et eius imago duobus in locis, et pro schalis Basi-

2. *pateret* R: *peteret* V 5. *populus* V: λαός R 9. *ebdomadae* R:
ebdomade V 10. *dominicae* R: *dominice* V 18. *dominicae* R:
dominice V 19. *Errorium* R: *Errorium* V *haereticus* R: *hereticus* V 20. *ecclesiae* R: *ecclesie* V 23. *Pandolphi* R: *Pandolfi* V
 24. *saepius* R: *sepius* V 25. *ecclesiae Romanae* R: *ecclesie Romane* V *praestare* R: *prestare* V 26. *malitiae* R: *malitie* V
 28. *haeresi convictus* R: *hersi convictus* V

licae Santi Petri et in Campo Florum, publice exusta est, quia compertum esset nihil eum de futura vita credere et animus simul cum corporibus interire pertinaciter et procaci asserere lingua.

40. Die Sabbati quae fuit Aprilis decima septima, celebrato 5 grandi officio, cum benediceret populo Pontifex maximus, promisit in crastinum ob reverentiam resurrectionis in eccllesia principis Apostolorum sese rem divinam facturum portaturumque eo sacrum Andreeae caput, ut iterum atque iterum videretur quod ex altari beati Petri abductum in palatio 10 recluserat. Res nova et insperata fuit. Nam propter aegritudines et absentiam Pontificis ante quatuor annos non viderant Romani suum Pontificem divinam hostiam offerentem, cumque suis pedibus stare Pius praesul nequiret, excogitata ingenia sunt ut sedens celebraret. 15

41. Ab eo tempore quo sacrum caput ex Narnia portatum est usque id Sabbati singulis diebus noctibusque pluit, tantumque pluvia cessavit, quantum id fuit in itinere, quod in religionem piae mentes verterunt, tanquam Apostolo suo in publicum exeundi eam serenitatem condonaret Deus. Auxit 20 eam religionem ipsa dies Pascae; nam quamvis nocte tota pluisset, mane tamen serenum redijt, et quamdiu solemnitas saeraque pompa ducta est, splenduit sol, ita ut diceret iterum Pontifex: Nocte pluit tota, redijt, sed mane serenum: Nox fuit en Sathanae, lux erit ista Dei Descenditque in ecclesiam apostolicam sacrum prae se gestans verticem, et divinam r̄m agens, hostiam obtulit Deo acceptissimam filium suum, tradiditque compluribus sacratissimum Christi corpus et clericis et laicis sua menu, inter quos fuerunt oratores Venetorum, Nicolaus Sagundinus, et Senensium. Augustinus 25

3. *cum corporibus* V: *concorporibus* R 5. *Sabbati* V: *Sabati* R
quae R: *que* V 9. *Andree* R: *Andree* V 10. *abductum* R: *ab-
 duorum* V 14. *praesul* R: *presul* V 17. *Sabati* RV 19. *piae* R:
pie V *apostolo* R: *a populo* V 22 (xai 24). *redijt* R: *reddijt* V
solemnitas V: *sollemnitas* R 25. *en* R: *λίπει* V 26. *prae* R: *pre* V

Datus, ambo insignes rhetores et philosophi elegantes, graecis et latinis litteris imbuti. Nec minor his Polycarpus, regis Hungariae legatus, et alij praestantes viri.

42. Expleto sacrificio, accepit Pontifex venerabile caput, et pergens in pompa cum Cardinalibus et clero venit in eam templi partem qua Sancta servatur Veronica; sic enim appellant admirabilem Jesu Christi faciem impressam sudario, quod Veronica, insignis mulier illi dicitur obtulisse.

Stetitque procul, et jussit ostendi sudarium. Petrus Cardinalis Sancti Marci nobili loco apud Venetus natus, Eugenij, ut diximus, nepos et archipresbiter eius ecclesiae, scala consensa cum duobus canonicis venerabilem sacramque Domini figuram ostendit ter pro suo more, misericordiam implorante populo. Fuit res venerata et admiratione dignissima, illinc sanctum intueri Salvatoris vultum, hinc eius Apostoli pretiosas reliquias, tum Pontificem maximum cum Cardinalibus et omni clero flexis genibus, nudatis capitibus orantem cernere.

43. Exinde ventum est ad locum benedictionis in quo non minor turba hominum fuit quam nuper in priori pompa. Viderunt et qui noviter advenerant nobile Apostoli caput, et benedictionem Pij praesulis acceperunt, ac remissionem plenariam delictorum qui per confessionem atque contritionem capaces fuere. Abiit deinde in aedes suas Pontifex, et sacras Apostoli reliquias secum ferens, servandas in Arce Sancti Angeli recondidit, donec loculus eis idoneus apparari posset. non pro honore et decore tantummodo beati Andreae divini Apostoli, verum etiam pro gloria magistri eius Salvatoris Christi, cui est potestas et imperium per infinita seculorum secula. Amen. Laus Deo omnipotenti.

1. philosophi R: phi V 2. Polycarpus R: Policarpus V 6-8. sic-Veronica R: Βερονίκη V 13. cum duobus canonicis R: λειτουργοῖς V

13. more R: amore V 15-16. pretiosas V: preciosas R 18. Erin RV

21. praesulis R: presulis V 23. Abiit R: Abbiit V aedes R: edes V 26-29. non pro honore - omnipotenti V: λειπούσαι R